



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De speciebus Prudentiæ, & triplici eius diuisione: de memoria & obliuione:  
de prouidentia, de diuisione prudentiæ secundum Senec. de diuisione eius  
in prouidentiam, circumspectionem, cautionem, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](#)

ta est, quod propter inimicitias quas habet cum homine, habet  
in deserto, vel latet sub spinis, vel herbis. Sic viri sancti ag-  
sentes inimicitias quas habet mundus cum eis, fugiunt eum.  
Ioan. 3. Nolite mirari si odit vos mundus.

*De speciebus Prudentiae, & triplice eius diuisione : de memoria &  
obliuione : de prouidentia, de diuisione prudentie secundum  
Senec. de diuisione eius in prouidentiam, circumspectionem, ca-  
tionem, docilitatem. De xii. que inuant ad hoc quod aliquis lo-  
ne doceat : & de tribus qua doctor debeat attendere in sua da-  
crina, & de septem que valent ad hoc ut quis bene addiscat.*

C A P. V.

**S**equitur de speciebus Prudentiae. Notandum ergo quod prouidentia prout comprehendit omnem salubrem cognitionem sive virtutem cognitivam. Primo modo videtur posse diffingui in virtutem cognitivam diuinorum & humanorum. Unde vero cognitiva diuinorum triplex videtur esse. Prima accedit authoritaci, scilicet fides. Secunda rationi, scilicet donu[m] intellectus. Tertia est animu[m] diuinu[m] suauitate gustando experientia, scilicet donum sapientiae. De duabus primis dicit Aug. in libro de Utilitate credendi Quod credimus, debemus authoritati, quam intelligimus, rationi. De tercia dicitur in Psal. Gustate & vase &c. Tertia cognitio de Deo, statui incipientium sufficit. Secunda coepit statui proficientium. Tertia statui perfectorum. Bona ad fratres de monte Dei: Sunt animales, qui nec ratione per aguntur, nec affectu[rum] trahuntur: & tam[en] auctoritate promouunt doctrina commonitatis, vel exemplo prouocati approbant bonum inueniunt, & quasi cœci, sed ad manum tracti sequuntur. Scientiales qui per rationis iudicium & naturalis scientiarum distinctionem habent cognitionem boni & appetitum: sed nondum habent affectum. Sunt perfecti qui spiritu aguntur, qui à Spiritu sancto plenijs illuminantur: & quia sapientia bonum cuius trahunt affectu, sapientes vocantur. Virtus vero cognitiva humanorum vel est cognitiva rerum quæ propter hominem à Deo facta sunt quæ specialiter attendit bonum & malum in eis, quæ viderunt se donum scientiarum: vel attendit circa ea quæ ab homine propter Deum agenda sunt. Quæ dublex est: scilicet prudentia pro nomine strictè: & hæc attendit circa agenda communia. Et donum consilij, quod attendit circa ardua quæ propriuditatem suam non sunt in præcepto, circa quæ maxime præceptatio cœnanda est. Videtur etiam prudentia posse distingui, sicut Seneca scientiam moralem diuidit. Cuius pars vñaribus p[ro]t

ia imponit, recte existimans vnaquamque. Secunda affectus ordinat, impetus animi refrenans. Tertia, quid, quando, ubi & quae admodum agi dedeat determinat. Secundam Tullium vero in Rhetoribus, distinguitur prudentia in memoriam, intelligentiam, prudentiam. Memoria est, per quam animus repetit illa quae fuerunt. Intelligentia est, per quam ea prospicit quae sunt. Prudentia est per quam futuri aliquid videtur antequam factum sit.

*De memoria & Oblitione.*

Ad memoriam monemur, Eccl. i. Memetum quae ante te fuerunt: Memoriem mortui viuunt. Memoria illa pars viræ nostræ que præcessit, manet: sine hac quasi perdita est. Sene. Qui nil de preterito cogitat, vita perdidit. Memoria thesaurum est cognoscibiliū. Ipsa velut quoddam seruatoriū, in quo veritas rutilis, quam ratio inuecigando cepit, fideliter seruatur. Animus obliuiosus est velut latus ubi quicquid repositum fuerit moritur. Oblivio enim est quasi quædam mors. Greg. i. parte Moraliū: Sicut mors quod interficit, coagula non sit in vita: ita obliuio hoc quod intercipit agit, ut non sit in memoria. Animus obliuiosus est quasi stomachus cibum receperit, et secundum. Greg. in homil. Cibum mentis sermo Dei est, & quasi acceptus cibus lagente stomacho reicitur, quando auditus sermo in vestre memoriam non tenetur. Quisquis alimenta non retinet, huius profecto vita desperatur. Et notandum quod multa quorum memoria specialiter est laudabilis, de quibus causa beatitudinis decem ponamus. Primo laudabilis est memoria beneficiorum, & maximè memoria creatoris & redemptoris nostri. Eccl. vlt. Memento creatoris tui. Et Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Exod. 13. Memetote dici huius in qua gressus estis de Aegypto. Eccl. 29. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris. Posuit enim anima sua pro te. Bern. ad fratres de monte Dei. Scit, quicunque habet sensum Christi, quantum Christianæ portati expediatur, quantum seruum Dei, seruum redēptionis Christi deceat, & vtile ei sit una saltem aliqua dici hora passionis ipsius redēptionis attentius recolligere beneficia, ad fruendū suavitatem conscientia, & recolendum fideliter in memoria. Memoria est benefficiorum acceptorum videtur habere animalia irrationabilia. Secundo, memoria mandatorum Dei. In Psal. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Deut. 6. Erunt verba hec quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulabis in itinere, dormiens atque consurgens. Numeri 15. Dices ad filios Israel, ut facias sibi simbrias per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis

vittas

vittas hyacinthinas, quas cùm viderint, recordétur omnium datorum Dei. Iosuc. 1. Non recedat volumen legis huius ab oculo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. Eccl. 3. Altior ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ precepisti Deus, hæc cogita semper. ¶ Tertio memoria iustitia quæ Deus exercuit in transgressores mandatorum suorum In Psa. Memorabor iustitiae tuæ solius. Eccles. 38. Memor esto iudicium mei, sic enim erit & tuū. ¶ Quarto memoio belli spiritualis quo tot & tati ceciderunt, quæ valer ad hoc ut cautoles simus. Iob 40. Memento belli, & non addas amplius quicquam loquere. Hier. Ne in præterita castitate confidas: nec David lanctio Sápsone fortior, nec Salomone potes esse sapientior. Memori semper quod paradisi colonum mulier de possessione fuerit. ¶ Quinto memoria diuinæ misericordiæ, utilis in tribulatione positis, ne desperent. Eccl. 51. Memoratus sum misericordie tuę Domine. 1. Mach. 4. Memetote quomodo salvi facti patres nostri in mari rubro. ¶ Sexto memoria laudabilium sanctorum, quæ imitari debemus. Greg. Facta præcedentia tristis consideremus, & non erunt grauia quæ toleramus. Io. 13. Mætote sermonis mei quæ ego dixi vobis: non est seruus noster Dominus si me persecuti sunt, & vos persequentur. ¶ Septimo memoria aduersitatis in prosperitate. Eccl. 18. Memento patratis in die abundantiae. ¶ Octavo memoria status honoratus à quo quis degenerauit: ut est nobilitas parentum vel carnis vel spiritualium: vel propria nobilitas spiritualis à qua qui cedit. Sap. Nobilitatis ad hoc tantum memineris, ut cum clavis generis, morum sanctitate contendas, & cum nobilitate corporis, animi nobilitate proficias. Esa. 51. Attendite ad petram quam excisi estis &c. Attende ad Abraham patrem vestrum. Apoc. Memor esto unde excideris, & age penitentiā. ¶ Non memoria in eo qui ad prosperitatem deuenit, eorum qui in aduersitate eius socij fuerunt. Gen. 40. Memento mei, cùm bene tibi fui. ¶ Decimo memoria propriorum peccatorum ad dolendum protinus. Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine mortis meæ. ¶ Item notandum quod quatuor sunt quorum obliuio detur esse laudabilis. Primo obliuio iniuriarum. Levit. 19. Non moreris iniuria ciuium tuorum. Animus obliuiosus beneficiorum tenax iniuriarum est velut colatorum facies retinens, & quod punit exire permittens. Secundo obliuio beneficiorum alteri dati. Hoc enim est lex beneficiorum inter duos, ut ait Sapiens, q[uod] alter statu debet obliuisci dati, alter memor accepti esse. Tertio obliu-

delectationū quas aliquis habuit in præteritis peccatis. Qui re-  
cogitat peccata præterita delectatio in ipsis: mēte reuertitur in  
Egyptum, vt filii Israël. Num. ii. Recordamur pīscīū quos co-  
medere solebam⁹ in Ægypto gratis: in mēte nobis veniūt cuci-  
metes. Hoc est etiam respicere retro, vt vxor Loth, Gen. 19. quæ  
versa est in statuam salis. Luc. 17. Memores estore vxoris Loth.  
Hoc etiam est habere idola apud se, vt Rachel Gen. 31. Quarto  
obliuio rerū tēporaliū quæ ad cōtempatiōes perfectos pertinet.  
Phil. 3. Quæ quidē retro sūt obliuiscēs: ad ea verò quæ sunt prio-  
ri tēpēdēs meipslū. Macrobius loquēs de tēperatia perfectiorū: Tē-  
peratia, inquit, est terrenas cupiditates nō reprimere, sed poti⁹  
obliuisci. Itē notandū q̄ quinque sunt quæ videntur facere ad  
bonitatē memorię. Primum est siccā cōplexio. Siccitas enim est  
dispositio cōueniens ad tenacitatē impressionū, sicut humiditas  
est dispositio cōueniens ad receptionē carū: Secundū est exercitiū  
circa vñū vel pauca, nō circa multa. Vnde pueri quāuis sint hu-  
midi, firmiter in memoria retinēt: q̄ anima⁹ eorū nō occupātur  
circa multa, sicut anima⁹ maiorū, Eccl. 38. Qui minoratnr actu,  
recepit sapientiā. Tertiū est, placentia rei cognitā. Hāc causam  
nouit Plato esse in tenera ætate, quare ea quæ addiscūtur firmi-  
tē in memoriā retinētur. Tenacior, inquit, & forte maior in illa  
estate cognitionis delectatio cognita mētib⁹ alti⁹ infigit. Quar-  
to est nouitas. Horati⁹: Quo semel est imbuta recēs, seruabit o-  
dore Testa diu. Ideo vtilia citō addiscēda eset. Memoria enim  
impta superuacuis, vtilia difficiili⁹ retinet. Sē. in epistolis: Libe-  
ritas artiū cōsecratio verbosos sibi placētes facit, & ideo nō di-  
lēctes necessaria, quia superuacula didicerūt. Quintū est, infixio  
memorię lōga ruminatiōe facta. Sē. Certis ingeniis immorari  
in nutritiō oportet, si velis aliqd trahere qđ in animo fideliter  
fideat. Itē cū multa percurreris, vñū excipe quod illo die deco-  
sus. Et notadū, quod nō habēs bonā memoriā, scriptura de-  
ficii supplere eius defectū. Eccl. 38. Sapientiam scribe in tēpore  
vacuitatis. Scriptis Dñs decalogū bis populo Iudeorū in tabulis  
lōpideis. Exo. 31. & 34. Sūt qui nihil ponūt in memoria, sed om-  
nia in scripto. Sūt alij qui cōfidētes in memoria sua, nihil cōmē-  
dat scripturæ: & vtrūq; virtū est. Pythagoras: Cae ne armariū  
dostius quā peccatus habeas. Sen. Distrahit librorum multitudo.  
Itaq; cū legere nō possis quantum habueris, satis est habere  
quantū legas. Bern. ad fratres de monte Dei: Non tantum mo-  
do agendū est vt cū aliqua delectatione vel sine grandi nausea  
dies trāsigeratur: sed etiā vt de peracta dicta ad profectum mētis  
semper

## T O M V S I.

304

semper aliquid in cōsciētia resideat, aliquid quotidie in thes-  
rū cordis cōgeratur. Bern. De quotidiana lectione aliquid in  
triē memorię dimittēdū est, quod fideli⁹ digeratur, & sursum  
catū crebri⁹ ruminetur, quod proposito cōueniat, quod in tē-  
ni proficiat, quod detineat animū ut aliena cogitare non liber.  
Hier. Fatū est propter confidentiā memorizæ nihil scripto  
mēdare: quia in memoriā primo senectus incurrit, vt ait Sen.

*De Prouidentia.*

Sequitur de Prouidentia, ad quam monemur exēplo formis  
Prou. 6. Vade, inquit, ad formicā, o piger!, & cōsidera vias eis  
& disce sapientiā: quæ cūm nō habeat ducē, nec præceptore  
nec principē, parat æstate cibū sibi. Et Gene. 41. exemplo Iose  
qui septē annis fertilitatis cōgregari fecit quæ erant necessaria  
septem annis sterilitatis futura. Prou. 19. Qui cōgregat in re-  
sc, filius sapiens est. Deut. 32. Utinā sapient, & intelligenter  
nouissima prouiderent. Prouidentia valde utilis est. Tob. 9, dicit  
Tobias Azaria: Si meipsum tradā tibi seruū, nō ero condignus  
prouidentiæ tuæ. Senec. Qui nihil de futuro præmeditator,  
omnia incautus incidet. Prouidentia, vel mala futura vitæ, re-  
perat, vel animo præparat ut ea leui⁹ ferat. Gre. Eo periculū re-  
ti nō potest, quo nō potuit præuideri. Senec. Propone animo  
& mala futura & bona, ut illa sustinere possis, ista moderabis  
in homin. Min⁹ iacula feriūt qnē præuidetur, & nos tolerabili  
mūdi mala suscipimus, si cōtra hēc per præsciētię clypeū man-  
mur. Itē in Mor. Tāto quisq; minus aduersitate vincitur, qui  
cōtra illā præsciēdo paratus inuenit. Itē in Pastoralib⁹. Hoc  
callidus tāto liberius pectus percutit, quāto nudū à prouiden-  
tia deprehēdit. Itē dū cōtra ictsū qsq; paratiō redditur, hōc  
qui se inopinatū credidit, eo ipso quōd præuisus est eneruatur.

*De diuisione Prudentiæ secundum Sen.*

Seneca in libro de quatuor virtutib⁹. principalibus, rangit di-  
uisionem Prudētię simile diuisioni Tullij iā posite, dicens: Si pater  
des fueris, animus tuus tribus tēporibus dispensegur, præconia  
ordina, futura prouide, præterita recordare. Sunt aliqui q; fūnt  
ordinat quæ nō sunt in sua potestate, præsentia verò cōfusa  
inordinata relinquunt. Act. 1. Nō est vestrū noscē tēpora, vel me-  
mēta quæ pater posuit in sua potestate. Ber. Quid de futuro mihi  
& nō in sua posuerit potestate? Tales vitam quam habet vole-  
re, & quā nō habet proponunt triliter dispensare. Illā pa-  
re vītē quā Deus iā dat, in cōtumelīa Dei volunt expēderē.

verò quam Deus nondum eis dedit, volunt Deo dare, & de illa  
gratiam Dei acquirere. ¶ Et notandum q̄ ordo secundū Aug. 19.  
de ciuita. Dei, est parium disparumq; rerum sua cuiq; loca tri-  
buēs dispositio. Et facit multū ordinatio ad quietē mentis. Aug.  
in lib. Confes. Minus ordinata quieta sunt, ordinata quiescunt.  
Idem: Iussit Deus, & sic est, ut pena sibi sit inordinatus animus.  
Debet verò homo ordinare se & suos & sua. Quātum ad se, or-  
dinabiliter ille vivit (iuxta verbum Bern.) qui in conuersatione  
sua sollicitè conseruat vias suas, & in cōspectu domini, & in con-  
spectu proximi cauens sibi à peccato, & proximo à scandalo.  
Quadruplex verò ordinario debet esse in homine. Prima est  
considerationis. Bern. in lib. de cōsideratione: Consideratio tua  
est inchoét, ne frustra extendaris in alia te neglecto. Secunda  
affectionis p̄cipue illius que aliis supereminet: scilicet dilec-  
tionis. Cāti. 2. Ordinavit in me charitatem. Tertia est negotio-  
rum secundū diuersitates tēporū. Bern. ad fratres de mōte Dei:  
Mane præterita noctis fac à temetipso exactiōne, & vēturæ di-  
ctu tibi indicito canonē: vespere præterita diei rationē exige,  
& superuenientis noctis fac indicitionē. Sic districto non vaca-  
bis laiciūre aliquādo: singulis horis secundū cōmuniis instituti  
monem sua distribue exercititia: cui spiritualia, spiritualia: cui  
corporalia, corporalia: in quibus sic exoluat omne debitū spiri-  
tu Deo, corpus spiritui, ut si quid fuerit intermissum, si quid ne-  
glectū, si quid imperfectū suo loco, suo modo, suo tempore non  
habeat impunitū vel irrecōpensatum. Idem in eodem: Primum  
vita quotidianū sacrificiū orationum vel lectionis, studiū con-  
scientiae quotidiane discussioni, emendationi, cōpositioni pars  
Dei neganda nō est. Quarta est ordinatio pertinens ad pu-  
gam spiritualem. Virtutes enim anima p̄paratae debent esse  
al certamina sibi competentia. Temperantia, cūm ad mensam  
acceditur. Prudētia, cūm quid agendū sit, tractandū est, & sic de-  
cētis virtutibus. Grego in Moral. Quodlibet certamen exu-  
perat, qui mente certamini ante certamē parat. Anima virtutes  
sabes dæmonibus terribilis est, ut castrorū acies ordinara. Can.  
Pto. 14. Cum dispositione initur bellū. Suos debet homo ordi-  
nare ostēdendo quid vnicuiq; sit agendū, & quid vnicuiq; sit ha-  
bendū. Propter primā ordinationem regina Saba admirata est  
ministros Salom. 3. Reg. 10. Videns regina Saba omnem sapien-  
tia Salomonis &c. & ordinē ministrantiū &c. non habebat vtrā  
spūtum. De secunda ordinatione habes Esa. 38. Dispone domui  
te quia morieris tu, & nō viues. Debet etiā homo sua ordinare,

ut vtiliter expendantur, vel vtiliter retineantur. Eccle. 7. Pecunia tibi sunt, attende illis: & si sunt tibi vtilia, per seuerent apud te.

*De alia divisione Prudentiae.*

Prudentia à quibusdam diuiditur in quatuor species, scilicet prouidentiā, circūspitionem, cautionē, docilitatē. Quarū species numerus sic videtur posse manifestari. Cognitio salubris quæ ad prudentiā pertinet, considerari potest absolutè prout in cognoscēte, vel prout distribuitur alteri. Est enim thesaurus nobilis qui distributus suscipit incrementū. Et sicut dicit Augustinus lib. de doct. Christia. Omnis res quæ dādo deficit, nōdū habet & nō datur. si nōdū habetur, quomodo habēda est? Secundū igitur quod prudētia dirigit circa distributionē scientiæ seu cognitio salubris est hęc species eius docilitas. Secundū verò q̄ absoluē consideratur ut est in cognoscēte, trés habet species. Cū enim lumen rationē perficiēs ad videndū quæ agēda sunt: ratio autē perfectē nō videt nisi videat remota: vt propinquā, & nisi videt res interius, & nō solūm superficialiter: & nisi res videat vnde & nō solūm ex parte vna prudētia speciem vñā habet qua videtur remota, scilicet prouidentiā, quę sic dicta est, cō q̄ procul videat. Et potest extendi nomen prouidentiæ ad memoriam & prouidentiā, quas ponit Tull. Ratio enim procul videt, siue p̄ videat futura, siue præterita. Simili modo nomē memoriam quae doque extenditur ad futura, vt Eccles. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. Aliam speciem habet prudētia qua ea quę videntur superficialiter bona, agnoscuntur esse mala, scilicet cautionem. Aliam etiam habet qua vndique videtur, scilicet circūspitionem. Prouidētia proprio sumpto nominata est præsens notio futurum p̄tractans euentū. Huius officium est, ex præteritis & præsentibus futura perpendere. Boët. in libro Consolationum: Nō quod ante oculos situm est, sufficit invenire rerum exitus prudētiā meritorum. Imprudens viam respicit quod iturus est: prudeus verò finē viæ attendit. Si dicatur imprudenti, Veni mecum, ducam te honorificē & per viā pulcherrimam paratus est ire, nō requirens amplius: prudēs verò requirit quod ducēdus sit. Et si dictū ei fuerit, ad suspēdiū: non vult illuc ire nec eques, nec pedes, nec per viā amēnā, nec asperā. Si verò dictū fuerit, q̄ ad locum ubi regnabit: paratus est illuc ire pedes etiam per vias asperas. Qui sine prouidentia est, est sicuti homo debile habēs visum, qui ea quę sunt iuxta oculum videt, remota verò aliquātulū nō videt. Circūspectio est cōtrario virtus cautela. Officiū huius virtutis est, per diligētē cōsiderationē.

inter cōtraria vitia mediū tenere. Ad hanc virtutem pertinet sic libertate seruare, vt fugiēdo auaritiā, prodigalitatē nō incurramus, & sic recedere à temeritate, q̄ in timiditatē nō cadamus. Ad illud quod est circunspectionis monet nos. Salo. Prou. 4. dicens: Omni custodia serua cor tuū. Dicitur, custodia, praemisit omni: ne hinc hostibus fores claudas, & aliunde aditū pandas. Circūspectio cōmendatur nobis. Ezec. 1. vbi dicitur, q̄ rotu corporis plenum erat oculis. Et Apo. 4. vbi legitur q̄ animalia plena erant oculis antē & retrō. Quid. In vitiū ducit fuga culpae si caret arte: Dū stulti vātant vitia, in cōtraria currunt. Ad circūspitionem etiā videtur pertinere, cum aliquis est vndiq; cinctus malis, minus malū eligere. Gre. in Moral. Qui murorū ambitu vndiq; ne fugiat clauditur: ibi se in fugā p̄cipitat, vbi murus breuior inuenitur. ¶ Cautio est discernere à virtutib⁹ vitia viriū specie p̄ferentia. Isid. Quādā vitia virtutū specie p̄fertur: vnde semper perniciōsius suos sectatores decipiunt, quia sub velamine virtutis tegunt. Nam sub pretextu iusticie crudelitas agitur, & remissa segnitie māsuetudo creditur. Cicero: Nulle sunt occultiores infidiae, quām hę quę latent in similiudine officij. Gre. in Moral. Plerūq; vitia colore virtutū tincta, tanto nequiora sunt, quanto & esse vitia minimē cognoscūtur. Hocis nostri malitia cautē se arte palliat: vt plerūq; ante decepcionem oculos culpas virtutes fingat, vt inde quis quasi expelleret p̄mīa, vnde aeterna dignus est inuenire tormenta. Cautio apprens bonū interitus inspicit, & malitiam ibi perpendit. Sec. Qui decipiunt, nihil habent solidi, tenuē est mendacium, paluerit si diligēter inspexeris. Qui sine cautione sunt, frequenter incurrit illam maledictionem. Esa. 5. V̄ qui dicitis bonum malum, & malum bonū. ¶ Docilitas est prudentia eruditī impenitus, quę cōmendatur nobis exemplo Salo. 1. Reg. 3. Cui cū dominus dixisset, Postula quod vis vt dē tibi: ipse docilitatem videtur pratulisse omnibus, dicens: Dabis seruo tuo cor docile.

*Dex 1. que iuuant ad hoc, quod aliquis debite doceat. Et de tribus an e doctor debet attendere in sua doctrina.*

Notandum quod xii. sunt quę videntur facere ad hoc vt aliquid debito modo doceat, maximē doctrinā salubrē. Primū est, ipse laudabiliter viuat. Aug. in lib. de doctrina Christiana: Nō obediēter auditur, qui seipsum nō audit. Gre. in Mora. Cū impērio docetur quod prius agitur, quām dicitur: Nam doctrinā abstrahit quis fiduciā, quando cōscientia p̄apedit linguā. Vita docet iuuare doctrinā, nō impedire. Et primō debet, qui docet,

informare se in doctrina, postea alios. Pro. 5. Bibe aquam de-  
sterna tua, & fluēta putei tui. Et pōst subditur: Deriuētur fons  
tui foras. De hoc require in tractatu de Superbia, c. De appetitu  
magisterij. Secundū est, vt authoritatē magisterij Deo, non sibi  
attribuat. Aug. in lib. de doctrina Christia. Quoniā Christus se-  
minat, ego qui sum vix cophinus semiq̄antis, in me ipse ponet  
dignatur quod velit spargere. Nolite ergo artēdere ad virilis  
cophini: sed ad charitatē seminis & potestatē seminarioris. In  
in eodem: Christus est qui docet, cathedrā in cālo habet, scholā  
eius in terra est. Scholā ipsius corpus eius est: caput docet mem-  
bra sua: lingua loquitur pedibus suis. Idē super Can. Io. Magis  
ria forinsecus, adjutoria sunt & admonitiones: cathedrā habet  
in calo, qui cōrda docet. ¶ Tertium est, vt doctrinā orationē  
præmittat. Aug. in lib. de doctri. Christ. Si regina Esther pro  
gentis temporalis salute locutura apud regē, orauit, vt in oscula  
cōgruū sermonē dominus daret: quāto magis orare debet ut  
le munus accipiat qui pro æterna hominū salute in verbo &  
etrina laborat: Idē in eodem: Agat eloquēs quantū potest cibū  
& iusta & sanctā dicit, vt intelligēter & libēter, vt obediēter  
diatur: & hoc se posse si potuerit, & quantum potuerit plen-  
orationū magis quā oratorū facultate nō dubitet, vt otādo  
se & pro illis quos allocuturus est, sit orator antequam doceat.  
¶ Quartū est, vt sententiā plus amet quām verba. Augu. Bone  
ingeniorū insignis ast indoles, in verbis verū amare non veniat.  
Idem in eodem: Vtrum ignoscere producta syllaba tercia aut  
repta dicatur, non multum curat qui pro peccatis Deū petat  
ignoscat: scilicet tamen eo magis inde offenduntur homines,  
infirmiores sunt, & eo infirmiores, quo doctiores videri volent.  
Idem in eodem: Quid prodest clavis aurea, si aperire quod  
lumus non potest? & quid obest lignea, si potest, quando  
quarimus nisi patere quod clausum est? Idem: Cauendum est  
diuinis graibusq; sententiis dū numerus additur, pōdus den-  
hatur, Ad numerū, prout hic sumitur, intelligas pertinere per  
portionem syllabarū, metrū & colores rhetoricos. Item in  
in eodem: In authoribus nostris hoc mihi plus placet, quod ibi  
rissimē eos inueni numeros: satis est enim ei propter quod  
tur vt verba congruentia, nō oris eligatur industria, sed per  
ris sequantur ardore. Senec. Oratio quæ veritati dat operam  
cōposita esse debet & simplex. Idem: Oratio quæ sanandis me-  
bus adhibetur, descendere in nos deber. Idem nō delectent ver-  
testra, sed profint: si tamen contingere eloquentia non solici-  
potest, si  
tūmas p  
attes ad  
quarit a  
tur sibi c  
tie veille  
funt dissi-  
mois ef  
morbum  
tum in p  
sufficiens  
pietati &  
is ornati  
cibos post  
thoris rec  
illo qui al  
sentientia a  
et si quisde  
ria illa pe  
deserere, d  
intäuerit  
quate caue  
marum s  
puta fact:  
Dei: Non  
putanda su  
nihil signi  
sol vt hoc  
na. Et soli  
candum: si  
tūntur à c  
ton. Ita in p  
frant, fed  
religatur. C  
in epistoli  
enim eam,  
maxima, it  
el, immu-  
ber nimia  
in puluerē  
enitem ma

porest, si autē parata est, aut pro vero cōstat, assit, & res pulcher-  
umas prosequatur, si talis, vt potius res, quām se ostendat. Alię  
atres ad ingenium pertinent, hic animi negotium agitur. Non  
querit āger medicum eloquentem, non quāerit quare gratule-  
tur sibi quōd inciderit in medicum disertum, sed si ita compe-  
tit ut ille idem qui sanare porest, comptē de his qua facienda  
sunt differat, hoc tale est, quale si peritus gubernator etiam for-  
mosus est. Quid aures meas scabis? quid oblectas? curare debes  
morbum veterem grauem publicum: tantū negotij habes, quan-  
tum in pestilentia medicus: circa verba occupatus es, vide si  
sufficiens rebus. August. in lib. Confes. Didiceram perinde esse sa-  
piētiam & stultitiam, sicut sunt cibi viles & inutiles: verbis au-  
tē ornatis & inordinatis sicut vasis urbanis & rusticānis vtroq;  
ebo posse ministrari. ¶ Quintū est, vt in scripturis sensus au-  
thoris requiratur. Aug. in lib. de doctrina Christiana, loquēs de  
illo qui aliud in scripturis sentit, quām ille qui scripsit: ea tam  
sententia deceptus quādificat charitatem, dicit q̄ illa fallitur  
et si quisquam deserens viam, eō tamen per agrum pergit, quōd  
via illa perducit: corrigēdus est tamē, & quām sit vtile viā non  
desertere, demonstrandum est, ne in cōsuetudine deuiandi etiam  
intāuersum aut peruersum ire cogatur. Deinde innuit causam  
quātē eauendū sit hoc in scripturis, dicēs: Tirubabit fides, si di-  
uinorum scripturarū vacillat authoīitas. ¶ Sextū est, vt in scri-  
puta facta nō vbiq; mysteriū requiratur. Aug. 16. lib. de Ciuit.  
Dei: Non sanè omnia quā gesta narrantur, significare aliquid  
pertinēt, sed propter illa, quā aliquid significat, & ea quā  
nihil significant attēxuntur. Solo vomere terra proscinditur:  
sed vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri mēbra sunt necessā-  
ria. Et soli nerui in citharis & cæteris vasis musicis aptantur ad  
sonum: sed vt aptari possint, insunt & cætera quā non percun-  
tinuntur à canētibus, sed ea quā percussa resonant, his cōnectun-  
tūt, ita in prophētica historia dicūtur & aliqua quā nihil signi-  
fiant, sed quibus adhærent ea quā significant, & quodāmodo  
religantur. ¶ Septimū est, vt diuidēdo mediocritas seruetur. Sene-  
cī in epistolis: Philosophiam in partes nō in frusta diuidā. Diuidi  
enīm eam, non cōcidi, vtile est: nā cōprehendere quemadmodū  
maxima, ita minima, difficile est. Itē partes eius quod diuisum  
est, innumerabiles esse & paruulas non oportet. Idem: Vitijs ha-  
bit nimia quod nulla diuisio: simile confuso est quicquid usq;  
in puluerē sectū est. ¶ Octauum est, inter tarditatē & præcipita-  
tē medium in proferēdo seruare. Senec. in epist. Philoso-

## T O M V S I.

310

phi pronuntiatio sicut vita debet esse composita: nihil tam  
tum est, quod præcipitatur & properat. Idem: Aquæ stillare illi  
nolo, quam currere. Non extendat aures, nec obruat. Idem: in  
pia verborum & exilitas minus intentum auditorē habet, ne  
interruptæ tarditatis: facilius tamen insidet quod expectare  
quam quod præteruolat. Deniq; tradere homines discipulis  
cepta dicitur. Nō traditur quod fugit. Quomodo omnino re  
potest, qui regi non potest? Idem: Remedia non proin  
nisi immoretur. Idem: Dicendi celeritas nō satis decora est:  
philosophia: quæ ponere debet verba, non proicere. Idem: Qe  
admodum sapienti viro incessus modestior conuenit, ita  
presla, non audax. ¶ Nonū est, vt dicendo veritatem nō des  
Aug. in libro de doctrina Christiana: Minus intelligantur,  
nus placeant, minus mouent quæ dicuntur, vera tamen duc  
tur & iusta. ¶ Decimum est, vt doctrina facile sit aperta, Aug.  
lib. de doct. Chri. Quid prodest locutionis integritas, quam  
sequitur intellectus audientis, cum loquendi omnino nulla  
causa, si quid loquimur non intelligant, propter quos vni  
lignant loquimur. Prou. 19. Doctrina prudentum facilis. Ecc.  
Ne abscondas sapientiam in decore eius. 1. Cor. 14. Si incen  
vocem det tuba, quis præparabit se ad prælium. Idem in  
dem: Volo in ecclesia quinque verba sensu meo loqui, vt &  
instruam, quam decē millia verborum lingua. Ambro. Me  
est vt nos intelligent populi, quam vt cōmendent grammatic  
Aug. 4. lib. de doct. Chri. Quæ vix intelliguntur vel raro, si  
quid vrget, vel nūquam, omnino in populi audientiam non  
sunt. ¶ Undecimū est, vt doctrina sit breuis. Ecc. 21. Verba  
entum statera ponderabuntur. Aug. in li. de doc. Chri. Si cu  
gratus est, qui cognita obnubilat: sic onerosus est, qui cog  
noscit. Ouid. Quicquid præcipies, breuis esto: vt cito  
Percipient animi dociles, doceantq; fideles. Omne superius  
pleno de pectore manat. ¶ Duodecimum est, vt doctrina sit  
lis. Seneca in epistolis: Etiam si multū eslet ætatis, parcer dif  
fandum erat, vt sufficeret necessariis: nunc quæ dementia ei  
peruacua discere in temporis egestate? Doctrina moralis de  
esse contra pestem aliquam, & finaliter ad ædificandā dile  
nem Dei & proximi in hominibus. Seneca in epistolis: Ali  
quotidie aduersus paupertatem, aliquid aduersus morte  
compara: nec minus aduersus cæteras pestes. Aug. in lib. de  
doctrina Chri. Legis & omniū diuinarū scripturarū plenitude  
finis, est dilectio rei qua suendum est, & rei qua nobilis

D E P R V D E N T I A.

311

ea re frui potest. Et paulo post: Quisquis igitur scripturas diuinias vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita ut eo intellectu non adficeret, geminam charitatem Dei & proximi, nondum intellexit. ¶ Item notandum, quod doctor in doctrina sua tria debet attendere: scilicet ut instruat, placeat, & ad agendum moneat. Augu. in quarto lib. de doct. Christ. Dixit quidam eloquens, & verum dixit, ira debere dicere eloquentem, ut doceat, ut delectetur, ut flectatur. Deinde addidit: Docere necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriae. Docendi necessitas in rebus est constituta quas dicimus: reliqua duo modo quo dicimus. Qui ergo dicit, quum docere vult quamdiu non intelligitur, nondum se existimet dixisse quod vult ei quem vult docere. Si vero intelligitur, quocumque modo dixerit, dixit. Quod si delectare vult cum cui dicit aut flectere, interest quomodo dicat: sicut autem ut tentatur ad audiendum delectatus est auditor, ita flectitus ut moueatibus ad agendum: & sicut delectatur si suauiter loqueris, ita flectitur si amet quod polliceris, timeat, quod miratis, oderit quod atquis. Itē Aug. in cod. Quis audeat dicere a luersum mendacium in defensoribus inermem debere consistere veritatem: ut scilicet qui res falsas persuadere conantur, nouerint auditorem vel benevolum, vel attentum, vel docilem facere: isti autem non nobent, & illi falsa aperte dixerint: similiter isti vera sic narrarent ut audire teneat, intelligere non patet, credere postremo non libeat. Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnat, afferat falsitatem: isti nec vera defendere, nec falsa valent refutare. ¶ Item notandum, quod doctor sacrae scripturæ non debet esse timidus vel remissus. Aug. in lib. de disciplina Chri. Qui timuerit ne semen cedat in terram malam, non perueniet ad bonam. Iactamus semina, largimur semina: sunt qui contemnunt, sunt qui reprehendunt, sunt qui irritant. Ita si nos timuerimus, nihil habemus seminare, & in messe habemus esutite. 2. ad Timoth. 4. Praedica verbum in sua oportunitate. Matth. 9. Circuibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in synagogis eorum. Marc. 7. Circuibat Iesus castella, in circuitu docens. Luc. 11. Et erat quotidie docens in templo. ¶ Itē notandum, quod secundum quosdam docilitas est virtus dirigens hominem tam in addiscendo, quam in docendo.

De his quae valent ad hoc ut quis bene addiscat.

Et secundum hoc sciendum est, quod septem sunt quae videtur valere ad hoc ut aliquis bene addiscat maximè scripturā sacra. Primum est, ut homo bene viuat. Aug. Errat quisquis veritatem se cognoscere posse putat, si adhuc nequiter viuat. Eccle. 1.

v 4

Concupiscens sapientia, serua iustitiam, & dominus præbet eam tibi. Eiusdē 27. Volatilia ad sibi similia cōueniūt, & veniūt ad eos qui operātur illam reuertetur. Apocal. 3. Collyrio inung oculos tuos ut videas. Gl. Collyrio oculi ut videamus innagatur, quisi ad cognoscendā veri luminis claritatē, intellectus nostrī acīē medicamine bone operationis adiuuamus: qui male nunt, quasi spurcīta manū suarū lumen diuinę sapientię prohibēt. ¶ Secundū est oratio. Quū sapientia dōnū Dei sit, non debet aliquis tētare rapere eam violētia studij Deo irrequisim Iac. 1. Si quis indiget sapiētia, postulet eam à Deo. Aug. Oratio melius soluuntur dubia, quam inquisitione alia. ¶ Tertiū humilitas, & hoc quātū ad quatuor. Primo, quātū ad hoc vīla doctrinā contemnat. Sen. Primū documentū est, vt nullā doctrinā cōtemnas. Secūdo vt à nullo addiscere erubescas. Sed de quatuor virtutibus: Esto sapientia cupidus ac docilisq nō nosti, sine arrogātia impartire postulāti, que nō nosti, sine consultatione ignorātia tibi postula impartiri. Etiā à malis de hominē addiscere. Aug. in lib. de doct. Chri. Audiūtūt vīlētūt vīlētūt nō agunt: sua enim querēre studēt, sed sua docēt audent, & ita cathēdra Moysi cogit eos bona dicere etiā nō bona facientes. Theophilus: Lector Originis ita botrum carpas spinam attingat. Qui solū à bonis volūt addiscere, similes sunt illis qui solū in scyphis argētis vel aureis volunt bibere, & ut in saccis purpureis vel aliter pretiosis frumentum dari nō pere, quorū sitis vel famēs miseranda nō est. Tertiū quātū hoc vt homo nō erubescat cōficeri se nescire, quod nescit. Aug. Non erubescendū est homini se nescire quod nescit, ne dū se mentitur, nunquam scire mercatur. Quartū, quātū ad hoc vt humilē modū loquēdi quē habet sacra scriptura, non contemnat. Aug. ad Volusianū: Modus dicendi qui sacra scriptura contextur, omnibus est accessibilis, quamvis paucissimis penitus lis. Idē: Inuitat omnes humili sermone, quos nō solū manifestat, sed etiam secreta exerceat veritate. Idē tertio lib. cōficitur animam intendere in scripturis sanctis: sed mihi vīla sancta scriptura indigna quam Tulliani dignitati cōparatur tumor enim meus fugiebat modū eius, illa autē erat quē sceret cum paruulis. Sed ego dedignabar esse paruulus, & tūgīdus fastu grādis mihi videbar. Item in codem lib. Mira profunditas eloquiorum tuorum, quorū ecce ante nos superficies blādīes paruulis: sed mira profunditas Deus meus, mira profunditas, horror est intendant in eā. ¶ Quartū est liborū emēdationi i dandis p ras diuinā ligens scr elt timor quirenter malo. Et mortis. Ita Secundo p peutz. Aut mōte ad c el pietate aliqua vīspere me dēre id esli quam illu hantes de let esse tū omnibus c lori quart dum sit in terminat, dicator, q dum ad in causur can structus. E prima obse ad inelle& incognitas sunt vel pr ligatulēta ingenit que aperte contingē tem. Tunc dīlinarūm differēndas, dīrandas, dīardam se ant. In qu plicaret fit.

s præbēt, & veritatis in enga-  
nūt, & in enga-  
llectus no-  
qui male  
ientis à lo-  
Dei sit, non  
irrequisim-  
ug. Oratio  
Tertii  
hoc vira-  
, vt nulan-  
pescas. Se-  
dociiliq-  
ostī, sine  
malis de-  
vtilitet  
docete no-  
etiā nō b-  
m carpa-  
similes in-  
ibere, & n-  
n darū n-  
ò quanti-  
noscit. Au-  
ne dū s-  
tum ad h-  
, non co-  
ipura co-  
is penetru-  
ni manife-  
lib. cōfessio-  
nihī vīta-  
cōparare  
rat que  
ulus, & tu-  
b. Mira p-  
s superfi-  
mira prof-  
datorū em-  
dationi intendat. Aug. 2. lib. de doct. Christi. Codicibus emen-  
dandis primitus debet inuigilare solertia eorum qui scriptu-  
ras diuinās nosse desiderant. ¶ Quintum est, vt homo sit di-  
ligens scripturas sacras indagando. Ad quod primo necessarius  
est timor Dei. Prou. 1. Timor domini principiū sapiētię. Ipse in-  
quirentem à malo seruat. Prou. 14. Sapiens timet & declinat à  
malo. Et ibidem: Timor domini fons vitæ, vt declinet à ruina  
mortis. Itē nihil negligit. Ecc. 7. Qui timet Deū, nihil negligit.  
Secundo mansueto, vt homo credat authoritati diuinæ scri-  
putar. Aug. 2. lib. de doc. Christiana: Ante omnia opus est Dei ti-  
mote ad cognoscendā eius voluntatem deinde mitescere opus  
est pietate, neque contradicere diuinā scripturā, siue intellectu si  
aliqua vitia nostra percutit, siue nō intellectu quasi nos melius  
spere meliusque percipere possumus: sed cogitare potius & cre-  
dere id esse melius & verius, quod ibi scriptum est, etiā si lateat,  
quam illud, quod nos per nosipso sapere possumus. Bernard. ad  
hates de monte Dei: In omnibus scripturis legenti, initium de-  
bet esse timor domini. August. 2. lib. de doctrina Christiana: In  
omnibus canonicis scripturis, timentes Deum & pietate man-  
sueti querunt voluntatem Dei. Quo ordine vero proceden-  
dum sit indagando scripturas sacras, August. codem libro de-  
terminat, dicēs: Erit diuinārum scripturarum solerterissimus in-  
dagator, qui primò totas legerit, notāsque habuerit: et si non-  
dum ad intellectum, iam tamen lectione duntaxat eas quæ vo-  
tantur canonicae, non cæteras securius leget fidei veritatis in-  
studiis. Et infra: In scripturis querentium voluntatem Dei,  
prima obseruatio est, nosse canonicas scripturas: et si notandum  
ad intellectum, legendo tamen mandare memoriae, vel omnino  
incognitas non habere. Deinde ea quæ in eis aperte posita  
sunt vel præcepta viuendi, vel regulari credendi, solerterius di-  
ligentiusque inuestiganda sunt, quæ tanto in eis quisque plu-  
ta inuenit, quanto est intelligentia capacior. In his enim  
quæ aperte in scripturis posita sunt, inueniuntur omnia illa quæ  
contingent fidem, morēsque viuendi, spem scilicet & charita-  
tem. Tunc vero facta quadam familiaritate cum ipsa lingua  
diuinārum scripturarum, in ea quæ obscura sunt aperienda &  
dileuenda pergendum est, vt ad obscuriores locutiones illu-  
strandas, de manifestioribus sumantur exempla, & quadā cæ-  
terarum sententiārum testimonia dubitationem in ceteris aufe-  
scant. In qua re memoria valet plurimum. ¶ Inquisitio vero du-  
plicitet sit. Quandoque ab alio querendo, ad quod periinet il-

Iud Augustini, secundo libro de doctrina Christiana dicitur.  
 Nulla res magis memoriae mandanda est, quam illa verborum locutionumque genera, quae ignoramus, ut quum peritior cùrrerit, quare possint. Quandoque aliquis per se inquisit scriptura, & tunc cauenda est ei temeritas, ne scilicet ignorantis habeat, hisque temere assentiat. Hæc enim præsumptio est, quam effugere qui volet, adhibebit ad res considerandas tempus & meditationem. Augustinus in libr. de Vtilitate credendi: Duæ sunt persona laudabiles in religione. Una qui iam veritatem inuenierunt, quos etiam beatissimos inde re necesse est. Alia eorum qui studiosissime & rectissime inquirunt. Primi sunt in ipsa possessione: alij in via qua certissime perueniatur. Tria vero enumerantur alia genitrix hominum profecto imptobanda ac detestanda. Vnum etiam nantium, id est eorum qui se arbitrantur scire quæ hereditatum siquidem qui sciunt se nescire, sed non ita quæ possint invenire. Tertium vero eorum qui nescire se mantant, nec querere volunt. Item cauenda est in inquiritos, quæ est, non magnæ vilitati nimiam operam impetrare. Seneca: Quid te torques in illa quæstione quam vtiliter contempssis, quam soluere? Cauenda est etiam ibi instabilitas. Seneca in epistolis: Vide ne lectio authorum multorum, & nisi generis voluminum, habeat aliquid vagum & inutille. Cauenda est etiam rixandi libido, quæ peritos in arte literarum multum solet vexare. Augustin. 2. lib. de doctrina Christiana: Disputationis disciplina ad omnia genera obscura qualiteris sanctis sunt penetranda, plurimum valet, tantum illa uenda est rixandi libido, & puerilis quædam ostentatio ad sarcinum decipiendi. 2. ad Tim. 2. Noli verbis contendere. Augustin. 4. lib. de doctrina Christiana: Verbis contendere, et curare quomodo error veritate vincatur, sed quomodo dictio dictioni alterius præferatur. Item cauenda est illa uia velocitas in transcurrendo: non enim videt animus in currendo latentem sententiam. Nihil magnum rerum ipsius cultura citè effici voluit, præposuitque pulcherrimo cuique rationi difficultatem: nascendi quoque hanc legem fecit, ut mira animalia visceribus parentū diutins continentur. Aut dicit in libr. de natura animalium: Elephas fœmina pregnata duobus annis, quæ est animal magnū. Item Sapiens: Omnia nostra dum nascuntur, placent. Sed redeamus ad iudicium. Cito bendo nō sit ut bene scribatur. Bene scribendo fit ut citè scribi-

## DE PRUDENTIA.

三

maxime quū facilitas illa cōtingit, resistamus & prouideamus,  
ut offerentes equos frānis quibusdam coērceamus. ¶ Et notan-  
dem quōd secundum Aug. secundo lib. de doctrina Christiana,  
tribus causis non intelliguntur quē scripta sunt: si aut ignotis,  
aut ambiguis signis obte guntur: sunt autem signa propria vel  
translata. Propria dicuntur cum his tribus signandis adhibētur  
propter quas sunt instituta: ut quū dicimus bouē, intelligentes  
illud animal. Translata sunt, quum ipsa res ad aliquid aliud si-  
gnandum usurpatur: ut quū dicimus bouem, intelligentes Euā-  
gelistam. Contra ignota signa propria, magnum remedium est  
inguarum cognitione, & varietas interpretationum. Cōtra igno-  
ta signa translata, remedium est cognitio rerum ad quas signa  
transferuntur. Aug. 3. lib. de doctrina Christiana, contra am-  
biguitatē signorum dat remedium: Homo, inquit, timēs Deum,  
voluntatem eius in scripturis sanctis diligenter inquirit. Et ne  
amet certamina pietate mansuetus, præmunitus etiam scientia  
linguatum ne in verbis locutionibusq; ignoris inhāreat, præ-  
munitus etiam cognitione quarūdam rerum necessariarum, ne  
vino, nācūrām ve earum quæ propter similitudinem adhibētur,  
poterit adiuuante etiam codicūm varietate, quam solēs emē-  
tationis diligētia procurauit, veniat ita instructus ad ambigua  
scripturarū discutienda atque soluenda. Et paulò post: Quum  
verba propria faciūt ambiguā scripturā, primo vidēdum est ne  
male distinxerimus aut pronuntiauerimus. Cum ergo adhibi-  
tūtentio incertum esse prouiderit, quomodo distinguendum  
et quomodo pronuntiandum sit, consulat regulam fidei quādo  
scripturarū planioribus locis & ecclesie autoritatē percepit.  
Quod si ambæ vel etiam omnes, si plures fuerint partes ambi-  
guitatis, & secundum fidem sonuerint, textus ipse sermonis à  
precedentibus & sequētibus partibus restat consulendus, ut vi-  
deamus cui sententia de pluribus quæ se ostendunt ferat suffra-  
giam, eamq; sibi contexi patiatur. ¶ Et notandum quōd qui le-  
git scripturas, laborare debet ut eas memoriter teneat & intel-  
ligat. Si tamē alterum non possit fieri, praeligenda videtur esse  
intelligētia memoriae. Aug. 4. lib. de doct. Christ. Sunt qui scri-  
putas legūt & negligunt. Legunt, ut teneant; negligunt, ut in-  
telligat: quibus sine dubio, præferendi sunt qui verba eorū mi-  
nus tenet, & sui cordis oculis vidēt sensum earum. Sed vtrius-  
que ille melior, qui & cū yulc dicit, & sicut oportet intelligit.  
Sextū est, ut homo sit assiduus in studendo. Hier. Diuinæ scri-  
pturæ semper in manibus & iugiter in mēte voluātur: nec su-  
ficiet

ficere putas mandata memoriæ tenere, & operibus obliuio  
Idem: diuinæ scripturas s̄epius lege, imò nunquā sacra le  
de manu tua deponatur. ¶ Septimum est, ut de sapientia à D  
accepta non sit ingratuus, sed datorem suum glorificet. Ecc.  
Danti mihi sapientiam dabo gloriam.

*De his quæ aduersari Prudentia, & de 12. stultitiorum  
qui peccant. C A P . VI.*

**V**Idetur aduersari Prudentia, primò stultitia, quæ est  
appetendarū & vitandarū non quælibet, sed vitiola igno  
rantia, vt ait Aug. in lib. de libero arbitrio. Est autem ignoran  
tia vitiola, si assit affectatio nesciendi quæ agenda sunt vel vici  
vel negligentia sciendi. Bern. in lib. de 12. gradibus humilitatis.  
Frustra, inquit, sibi de infirmitate vel ignorâtiâ blandiuntur  
ut liberius peccent, libenter ignorant vel infirmantur. Aug.  
per illud Psalm. Noluit intelligere, potuit intelligere, vi  
ageret, sed noluit, & ita veniam non habet. Greg. in Moral. scire, ignorâtiâ est: scire noluisse, superbia. Bern. in epist. Multa nesciuntur, aut sciendi, incuria, aut discendi desidio  
verecundia inquitendi. Et quidem huiusmodi ignorâtiâ  
habet excusationem. Secundo videtur aduersari prudentiam  
tuti vitiola prudentia vel sapientia, quæ videretur posse dñ  
gui in tres species. ¶ Prima est, prudentia sine sapientia can  
de qua Ro. 8. Sapientia carnis inimica est Deo. Et in codice  
dementia carnis mors est, id est, causa mortis æternæ. Vbi dicitur  
Prudentia carnis est, cū quis studiosius implet, quæ carnis f  
Aug. in li. de quantitate animæ: Est noxium genus artuum  
animi valetudo sanciatur. Idem: Odore & sapore mirè diuina  
pulmenta, & quo lacu piscis captus sit nosse dicere, quadam  
miseranda peritia. Sen. in epistolis: In membris alius preci  
aues scindit & per pectus, & circumferens eruditam manum  
frusta excutit. Infelix qui huic vni rei viuit, vt altilia dece  
fecerit: nisi q̄ miseror est, qui hoc voluptatis causa docet, qui  
qui causa necessitatis disicit. Addisce ab his quibus dominio  
lati notitia subtilis est, qui sciunt cuius rei sapor illum exire  
cuius delectet aspectus. Et hæc prima species sapientie videtur  
ad delicias pertinet. Vnde super illud 2. Cor. 1. Non in sapientia  
carnali dicit glo. Quæ est voluptates diligere, labores vita  
¶ Secunda species est sapiëtia terrena, quæ pertinet ad diuinum  
Bar. 3. Filij Agar qui exquisierunt prudëtiam quæ de terra  
¶ Tertiæ species est sapientia diabolica pertinens ad hono  
vel malitiam. Diabolus enim primò honorem diuinū app